



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

Brasavola, Antonio Musa

Venetiis, MDLI

Hieronymvs Brasavolvs ad Illustriss. atque Excellentiss. Alphonsvm
Illustriss. Hercvlis II. Ducis Ferrari[a]e III. Primogenitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

HIERONYMVS BRASAVOLVS

ad Illustris. atque Excellentis. ALPHONSVM
Illustris. HERCVLIS II. Ducis Ferrarię
IIII. Primogenitum.



Nter tot, tamque celebres, ac
ferè innumeras facultates, quæ
ad vsum humanum, & vitæ ne-
cessitudinem à summis viris in-
uētę sunt Excellētissime Prin-
ceps, illa potissimum cæteras præcellere vide-
tur, quę à Gręcis *ἰατρικὴ*, à Latinis facultas
medica nūcupatur, quę non tantū in sua nati-
ua sanitate homines conseruat: verū & si egri-
tudines inciderint, in pristinum statum, ac sa-
nitatem restituit, immo et ferè semimortuum
in vitam reuocare potest. cum nobis igitur tot
bona præstet, omnium facultatū regina nun-
cupari debet (liceat. n. mihi in præsentiarum
tali nomenclatura medicam facultatem appel-
lare) quis ergo eam magna cū diligentia non
obseruabit? quis eandem maiori cum honore
non uenerabitur? & denique quis aptis ulnis
maxima cū affectatione nō amplectetur! atq;
osculabitur? quid. n. diuitiæ absque sanitate
efficere possunt? quid pulchritudo ipsa? quæ
absente sanitate deflorescit; quid corporis for-
a ij titudo?

BRASA, VOLI

titudo? quæ ægritudine præfente languida efficitur, nulla est medi⁹ fidius disciplina medica facultate præstantior, nulla æque utilis, nulla denique inuenitur, quæ illam antecellere possit. Itaque omnib⁹ perspicuū esse non dubito, cæteris artibus nobiliorem esse, ac magis præclarā. Quam ob rem ab omnibus expetendam esse summi viri censuerūt, cum & emolumenta maxima: & maximas, ac innumeras mortalibus afferat commoditates. Has ob causas, colendissimus genitor meus toto nixu, totis viribus hanc obseruauit; & in ea omnem diligentiam adhibuit, vt pro seipso, ac alijs optimum ipsius finem assequeretur, quē omnibus (quando opus est) impartiri possēt. Iccirco post multa alia, quæ in ipsa scripsit medica facultate monumenta, nunc libellum istum de Trochiscis in lucem exire finit: & vt in suis lucubrationibus alicui Principi inscribendis negligens est, sinebat illū absq; tutore ī publicū emitti quod ego (vti filius, cui parentis dignitas aīo est) ferre non potui, sed statim arrepto calamo libellū ipsum Excellentie tuæ dicaui, vt in lucē sub tui noīs tutela p̄diret. Accipe igitur Excellētissime Princeps munusculū hoc, qualecūq; sit, hilari frōte, vt à tuo illo benigno ac sereno aspectu ad maiora exciter, atque accendar. Vale.

Antonij